

mi, & est rectum, & laboratum per Obertum Mascarium, & in loco Paderne (*legi etiam posset Paderane*) ubi dicitur Vidistine pecia una de terra, & pecia una de bosco, quod ipse Oclerius tenebat pro beneficio nomine feudo ex parte predictae Ecclesie, quod erat ei concessum in vita ipsius Oclerii in tali tinore, quod predictus Oclerius, & filius, & eredes illorum de ic in antea taciti, & contenti permaneant. Et accepit ipse Oclerius ex parte predicti monasterii solid. sexaginta & unum <sup>10</sup> tunc per ipsum precium, quem accepit, predicta refutationem fecit, & quod ipse Oclerius non habeat licentiam nec ipse nec eredes ejus agere, aut causare, vel remove per se, vel per aliqua submittente personas de predicto feudo, quod ipse tenebat in beneficio predictae Ecclesie in integrum.

Actum est oc anno ab Incarnacione Domini millesimo centesimo vigesimoseptimo indictione quinta. Huic convencioni fuerunt Arnaldus, & Guilielmus, & Laurencius, & Rainerius, & Girardus ii. omnes <sup>20</sup> ex nomine testium.

*Venditio possessionum in Alice peracta in Vviliolis. Ex Tab. Mon. S. M. Aq.*

21

MCXXVIII.

Anno ab Incarnacione Domini millesimo centesimo vigesimo octavo, sextodecimo Kalendas januarii Indictione sexta. Constat me Arnaldum filium quondam Aremberta, lege Longobardorum, in presencia . . . accepimus a te Rodulfo filius quondam Mascari & Gisle conius ipsius Rodulfi solidos vigintitrex, & denarios sex finito precio pro peciis tres de terris juris mei, quas abere visus sum in territorio Alice in campo Arnaldo: prima pecia coeret ei ex una parte Rabelini, & fratribus ejus, ab alia Rodulfi, tertia filiorum Guidonis, secunda pecia ibi da una parte Ugonis, alia emoris (*forte nemoris*), tertia terre Jermanis, tertia pecia similiter, ibi da una parte sancte Marie, ab alia Petri, tertia Jermanis lu. . . & si. . . super totum sestarum quatuor, & tabulas novem. Quas autem infra scripte pecie de terris juris mei superius . . . ab hac die vobis, quibus supra Rodulfo, & Gisla jualis pro infra scripto pretio vendimus, tradimus, & mancipamus, nulli alii vendite, donate, alienate, obnoxiate, tradite, nisi vobis, & faciatis ex eis vos, eredesque vestri, aut cui vos dederitis a presenti die in integrum proprietario nomine quidquid volueritis ex nunc sine <sup>50</sup> omni mea, vel eredum meorum contradictione. Quidem espondeo, atque promitto me ego qui supra Arnaldo una cum meis heredibus vobis, qui supra jualibus vestris heredibus, aut cui vos dederitis infra scriptam venditionem, qualiter supra legitur, in integrum ab omni homine defensare, quod si defendere non valuerim, aut si vobis exinde aliquid per quodvis ingenium subtrahere quesierimus, tunc in duplum eandem venditionem ut supra vobis restituamus, sicut pro tempore fuerit meliora- <sup>60</sup> ta, aut valuerit sub estimacione in consimili loco, sed & nihil mihi ex ipso precio aliquid reddere debetis, dicimus, dico.

P. I.

Acto in loco Vviliole feliciter.

Signum manus infra scripti Arnaldi, qui hanc cartam fieri rogavit ut supra.

Signa manuum Oberti, atque Guidonis, sive Bonovicini testes.

Ego Obertus interfui, &amp; subscripsi.

*Donatio Mansi in Calamandrana facta a Guilielmo Monasterio S. Mariae Aq. Ex Tabul. Monasterii.*

MCXXIX.

22

Anno ab Incarnacione Domini Nostri Jesu Christi millesimo centesimo vigesimonono, undecimo Kalendas maii indictione septima Ecclesie sancte Marie sita non longe a burgo Aquis. Ego Guilielmus filius quondam Amedei, qui professus sum ex nacione mea lege vivere Longobardorum presens presentibus dixi quisquis in sacris, ac venerabilibus locis de suis aliquid contulerit rebus juxta actoris vocem centuplum accipiet, & insuper quod melius est vitam possidebit eternam. Ideoque ego qui supra Guilielmus dono, & offero, atque per hanc cartam donacionis mee confirmo, idest masum unum juris mei, quam abere visus sum in loco Calamandrana, & est rectum, & laboratum per Obertum de Cossa massarium, dono, & offero in eadem Ecclesia predictum masum pro anime mee mercede cum omni reditu, & condicione, que a me de ipsum masum pertinere videntur excepto operas, & *castellania*. Quam autem infra scriptum masum superius ab hac die in eadem Ecclesia dono, & offero, atque per anc cartam donacionis mee confirmo faciendum ex *vel* parti ipsius dicte Ecclesie, aut cui pars Ecclesia dederit, quidque voluerint sine omni mea, & eredum meorum contradictione. Quidem espondeo, atque promitto me ego, qui supra Guilielmus una cum meis eredibus in eadem Ecclesia, aut cui pars Ecclesie dederit supra scriptum masum qualiter superius legitur in integrum ab omni omine defensare, quod si defendere non potuerimus, aut si nobis exinde aliquid per quodvis ingenium subtrahere quesierimus, tunc in duplum eandem offercionem vobis restituamus sicut pro tempore fuerit meliorata, aut valuerit sub estimacione in consimili loco. Anc enim cartam offercionis pagina Oberto Judici tradidi, & scribere rogavi, in qua subter confirmandis testibusque obtulit roborandam.

Actum in atrio ipsius Ecclesie feliciter.

† Signum manus infra scripti Guilielmi, qui anc fieri rogavit.

† Signa manuum Totubeni, atque Guilielmi, sive Ottonis, &amp; Donati, &amp; Ranerii testes.

Ego Obertus interfui, &amp; anc cartam offercionis scripsi.